Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines
We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute
The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library’s activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Bibliothecæ meæ Botanicæ editionem alteram paro: multa addenda habeo in Adversariis: manum tamen operi non admovebo nisi postquam omnino absolverim Inoorsptorum librum. Quidquid igitur mecum communicare volueris additamentorum pro illa opellula mea, id in acceptum beneficiorum Avorum totum referam, et grates in antecessum habeo.

Battara medicus Ariminensis de Fungis Opellulam parat: pluraq; molitus, ut eorum originem et naturam plane cognoscere posset. De Zinannii opere de Plantis maris supeni credo jam famam ad vos perlatam esse. Hujus programmata in fasciculo librorum invenies.

87

A Monsieur
Monsieur Christ. Gottl. Ludwig
Prof. de Medecine et de Botanique
à Leipzig.

6

Dni Ceratii responsum hic habes: Vir ille te plurimi facit, magnisq; laudibus opera tua extollit.

Hunt Institute for Botanical Documentation

Viro Clariss.º Christ. Gottl. Ludvigio
Medicinæ et Botanices Prof.º celeberr.mo

Jo. Franc. Seguierius S. P. D.

Schlægerus noster mihi nuper significavit se a Te accepisse varias Dissertationes Tuas, aliorumq doctorum virorum opellulas, quas tu mihi obtulisti, et humanitati tuæ debeo; qua de re gratias ago quam maximas: collati etenim beneficii aliquando exsolvam vicem. Gratissimi equidem mihi erunt Commentarii de rebus in Medicina et nat. Hist.ª gestis, qui tuis auspiciis et impulsu eduntur. Statim ac accepperim, non solum evolvam, sed a capite ad calcem perlegam, ut melius cognoscam quinam libri a vobis desiderentur, et ad rem vestram faciant. Proximo mense Veronam adventurus spero, nam et Schlægeri diligentiam novi, et quantum sit in me officiosus. Si quid igitur mutuo commercio quædam sint vicissim mittenda, humaniss.mus ille vir tibi mihiq favet. Proximis nundinis Bolzanensibus ab eo accipies fasciculum in quo continentur:

Bolzano

Plantarum Veronensium Supplementum Veronæ 1754. Nam adhuc sum nescius num habueris, licet curaverim ut bina exemplaria ad te perferantur.

Viridarium Lusitanum Gabr. Grislei. Veronæ juxt. edit Ulyssip. Quod edendum curavimus ab aliquib. annis.

Josephi Montii Indices Botanici et Materiæ medicæ, quibus Plantarum genera hactenus instituta recensentur. Bononiæ 1753. 4.º Com. III. 664.

Ludovici Salvii Dissertatio de Locusta-gryllo. in 12.º Italice.

Scip. Maffeii Dissertatio de Dypptychio Quiriniano. Veron. 1754. 4.º exemplaria duo, quorum unum tibi, alterum nomini suo offerendum viris doctis, qui Acta Lipsiensia edunt. Vir ille summus δυσπνοίᾳ laborat, morbus quidem graviss.mus an.º ætatis suæ LXXX.

Haud credi potest, me nondum habere potuisse Burseri librum Faventiæ editum quem avos. Venetiis et Bononia arcessivi incassum. Bassius Bononiensis vir humanissimus promisit tamen, et ut spero aliquando ad manus erit.

Jean Franç. Seguier ... Botaniste ... (1703–1784)

Hunt Institute for Botanical Documentation

* Prodiere nuper, Græcorum Chirurgici libri: Sorani unus de fracturarum signis, Oribasii duo de fractis et luxatis, e collectione Nicetæ; ab antiquissimo codice Florentino descripti, conversi atq; editi ab Ant.º Cocchio Med.º Flor. Florentiæ 1754 fol. p. 220. ~~IV.~~ Comm. IV. ~~579.~~ 535.

* Discussioni anatomico pratiche di un raro morbo cutaneo di Carlo Curzio, Medico Napoletano. Napoli 1753. Cutis adeo dura et rigida evasit, ut pene lignea videretur, remedia quibus pristinæ formæ restituta in hac opellula traduntur. cf. Comm. V. 579.

Raccolta d'alcuni Opuscoli sopra il moderno abuso del Mercurio nella medicina, di Gian Battista Felici Prof.re di Medicina in Fiorenza. Venezia 1753. 8º. Florentini præ cæteris Italiæ medicis Mercurium maxime aversantur.

Osservazioni apologetiche critiche sopra la relazione d'un malatto della Rocca di S. Casciano del Dr. Carlenrio Fidani Bolognese. 1754. 4º.

* Della venefica indole del Rame, Dissertazione di Ignazio Cari, in occasione della violenta morte cagionata da cibo in rame condito. Ferrara 1753. 8º.

Joannis Baptistæ de Bonis Hydroposia, seu de aquæ potu in morbis Libri IV. 1754. 4. versibus.

De' principii della natura messi in luce, e dimostrati in uso della medicina da Pietro Angelo Rotondi. Roma 1752. Com. III. 69.

Jo. Michaelis Gallo-Siculi Muticensis Opuscula medico-pratica Romæ 1752. 4º. Comm. Suppl. Dec. 1. 174.

De Variolis et morbillis Tractatus physico mechanicus, auct. Philippo de Violante Neapolitano. Venetiis recus. 1752. 8º. Comm. I. 94.

Ludovico Barbieri Nuovo Saggio di Metafisica, e di fisica generale. Vicenza 1752. 8º.

* Prodromo della Corografia, e della Topografia fisica della Toscana del Sig.r Giovanni Targioni. Firenze 1754. in 8º. Vastissimi operis prodromus, quod forsan auctor nunquam ad finem perducet, etsi Nestoreos vivat annos. Ejusdem

Hunt Institute for Botanical Documentation

Auctoris nuper prodiit volumen VI. seu ultimum Itinerum per Hetruriam,
cujus operis notitia jam ad vos perventuram esse puto. Multa etenim in illis
traduntur de plantis, mineralibus, montibus, terris, marmoribus, petrefactis &c.
ultimumque prae caeteris harum cupediarum refertissimum. Tradunt etiam eundem
serio cogitare de edendo altero Michelii volumine, de Novis Plant. Generibus.
Faxit Deus ut fidem solvat. Manetius Dissertationes binas Dni. Sauvages
Prof.ris Monspel. in Italicam linguam vertit, variisque annotationibus eas refersit.
Programma Florentini bibliopolae edidere de quodam Diario menstruo, cui nomen
Magazzino Italiano, pretiumque in singula volumina statuunt Lib. I. Florent.
Titulus probe demonstrat eos acturos esse de libris cujuscumque generis: de rebus
tamen medicis et ad historiam naturalem pertinentibus credo fore praesertim
solicitos. Programma ad manus non est, alias mittam. Primum volumen
excusum erit Kal. Aprilis.

(Libros asterisco * notatos jam mittendos decreveram, frustra a librariis Venetis quum
arcessendi omnes ab iis locis ubi editi sunt: itaque accipies vernalibus in
nundinis Bolzanensibus anni sequentis. Si tamen tibi non arriderent, [illegible]
cito certiorem facias rogo.)

Amicus quidam Taurinensis brevi edet Plantarum rariorum per Alpes Cottiarum
Specimen primum: cum prodierit curabo ut habeas. Vir quidem diligens, qui
Taurini Medicinam facit: et rerum naturalium summo desiderio flagrat.
Ea in urbe Collegium mineralogicum instituere, Regis jussu fodinas per-
lustrarunt, et metallorum specimina ad diligens examen revocarunt.

Quid agunt Musae Lipsienses? quid tu paras? rescribas velim. Num quidquam
de antiquis marmoribus, aut venerandae vetustatis reliquiis apud vos editur?
Nunc totus sum in iis, et Inscriptionum Graecarum, Latinarumque Indicem
jam omnino conficere aveo. Duo spissa volumina sunt prorsus confecta:
quae sunt addenda nunc paro.

Piaculum foret haudquidquam de plantis hic dicere. Herbarium quidem satis-
carum refertum habeo: est mihi in votis soli Germaniae stirpibus illud augere:
quarum catalogum hic exhibeo; gratissimumque mihi facies si specimina sicca
cures. Si tu vero nostrarum desideres, jubeas rogo. Vale vir humanissime
Verona V. Kal. Dec. M.DCCLIIII.

Hunt Institute for Botanical Documentation